



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Coemiterivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

C O E M I T E R I V M.

sint de honestis.

⁴ Q u i se, vel alios exponunt probabiliter peccato mortali in choreis, non excusantur a mortali, quia videntur magis de huiusmodi delectatione curare, quam de animæ sue salute, quam pro huiusmodi delectatione periculo damnationis exponunt. Et quoniam ut plutimum in his choreis accidunt peccata multa, ideo et si choreæ non sint penitus damnaæ, sunt tamen homines bonis persuasionibus ab huiusmodi rethendendi. Nec laudo dicentem, quod imptudenter russici accen-tut taliter, ac si omnino chorizantes peccarent mortaliter. Hoc enim malum esset. Sed si moneantur ut caueat a tali consuetudine, tanquam ære periculosa, non video imprudenter aliquid factum, inquit bonum esset si hæc choreæ modernorum temporū possent anihilari.

C O E M I T E R I V M.

⁵ C O E M I T E R I V M habet eandem immunitatem, quam habet ecclesia, quod ad omnia capitula, exceptis duobus, videlicet quia nullus mortuus debet in ecclesia sepeliri. cap. nullus. 13. q. 2. licet non serueretur. Secundum quia in choro laici esse non debent, secundum Ray. & Hostiæ, licet de consuetudine non serueretur. Violatur, & reconciliatur ab eodem, & eodem modo, sicut ecclesia, secundum Host. & Ber.

² C O E M I T E R I V M censetur pollutum, quando ecclesia sibi coniuncta, id est, conæqua est polluta effusione seminis, vel sanguinis iniuriosa facta, & non parua: ut infra, Consecratio. §. 4. & antequam sit reconciliatum, nemo debet ibi sepeliri: lecus quodam coemiterium esset temorum ca. vnic. de consecr. eccl. & alra 1. 6.

³ P O L L U T O coemiterio, non est polluta ecclesia, ne minus dignum videatur ad se trahere magis dignum, de consecr. eccl. l. 9. c. si ecclesia.

⁴ Q u a n d o murus medianus inter duo coemiteria contigua, & porta est in muro, per quam est accessus ad utrumque, non est unum, sed duo coemiteria, & vno polluto alterum non pol-

luitur: vt in codem cap. vnic. Quod si pollutio fiat in medio hostij, secundum Ioan. And. illud erit pollutum, cuius causa paries, & hostium facta sunt. Quod si nec sit, sed videtur, quod sint facta, ut faciant duo coemiteria, utrumque erit pollutum, prout ibi textus inquit.

⁵ S i pollutio fiat in porta ecclesiæ extra lineam, ad quam percutiunt valvae in liminibus, ecclesia non est polluta, secus si intra: secundum Ge. Io. And. & Imo. Quomodo autem reconcilietur, infra consecratio. §. 4. & de conf. d. 4. c. eccl. de sepul. c. sarcis. Coemiterium locus est in quo defunctorum corpora requiescunt, quod ante ecclesiam esse solet.

C I R C U N S T A N T I A.

¹ C I R C U N S T A N T I A peccati, est actus humani mali accidens quoddam, quæ in hoc verso communiter continetur. Quis, quid, ubi, per quos, quotiens, cur, quomodo, quando, ex S. Tho. prima secundæ, q. 7. a. 1. & 1. Ray. addit quotiens, quæ proprie non pertinet ad circumstâriam, sed ad substantiam actus.

² C I R C U N S T A N T I AE aliquæ sunt alleiantes, ut furati pro eleemosyna facienda, aliquæ aggrauantes, quæ vel aggrauant in infinitum, vel non. Alleiantes nullo modo quis tenetur confiteri. Aggrauantes non infinitè, de necessitate non sunt confitenda, sed de bene esse. secundum Thom. 4. sent. d. 16. q. 3. quia peccata venialia de necessitate non sunt confitenda, nisi vel propter instrutionem, vel propter peregrinum, vel scandalum, vel huiusmodi. Quæ autem in infinitum aggrauant, necessariò sunt confitenda, tanquam mortalia peccata: secundum Th. vbi supra.

³ C I R C U N S T A N T I A repugnans rationi, primo, & per se, & non ratione alterius, mutat speciem, non autem si ratione alterius adueniat, ut si ad hunc actum, qui est accipere rem ad ueniat alienam, mutat speciem, non autem accipere alienum in parua, vel magna

